Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

gratiā vobis/vtile ecclesie. digni posteris. presertim quippe inditis oblatranti nō satis moueor que in vtraq; parte aut amore labunt aut odio: — Explicit prologus Incipit liber Daniel hebrayce ordinis primus

Anno tertio regni Joachim regis Juda venit Nabuchodonosor rex babilonis hierusalē et obsedit eam. et tradidit dnūs i manu eius Joachim regem iude et partem vasorū domus dei. et asportauit eam in terram sinaar in domū dei sui et vasa intulit i domum thesauri dei sui. et ait rex asphanez preposito eunuchorū suorū ut introduceret de filijs israhel et de semine regio et tyrannorū pueros i quibus nulla esset macula decoros forma et eruditos omni sapiētia cautos scientia et doctos disciplina. et qui possent stare i palatio regis: ut doceret eos litteras et linguam chaldeorū. Et constituit eis rex annonā p singulos dies de cibis suis et vino unde bibebat ipse: ut enutriti tribus annis postea starent i conspectu regis: fuerunt ergo inter eos de filijs iuda daniel ananias misahel et azarias. et imposuit eis prepositus eunuchorū nomina daniel. baltha zar. ananie sidrac. misahel misac. et azarie abdenago. proposuit autem daniel in corde suo ne pollueret de mensa regis neq; de vino potus eius: et rogauit eunuchū preposti ne contaminaret. Dedit autem deus daniheli gratiam et misericordiam i conspectu principis eunuchorū. Et ait princeps eunuchorum ad daniel. Timeo ego dnūm meū regem q̄ constituit vobis cibum et potum. quem si viderit voltus vestros macilentiores p ceteris adolescentibus eiusdem vestris condemnabitis caput meum regi. Et dixit daniel ad malasper quem constituerat princeps eunuchorū super daniele ananiam misahele et azariam: Tempta nos obsecro per nos tuos diebus decem et det nobis legumina ad vescendum et aqua ad bibendum. et contemplare voltus nostros et voltus puerorum qui vescuntur cibo regio et sicut videris facies tuis fiunt tibi cum audito sermone hoc modi tentauit eos diebus decem: post dies autem decem apparuerunt voltus eorum meliores et corpulentiores p omnibus pueris qui vescebantur cibo regio: porro malasper tollebat alimenta et vinum potus eorum dedit eis legumina. pueris autem his dedit deus scientiam et disciplinam i omni libro et sapientia. Daniheli autem intelligentiam omnis visionis et somniorum. Completis ut ait diebus post quos dixerat rex ut introducerent introduxit eos prepositus eunuchorū i conspectu Nabuchodonosor. Cumq; eis loquens fuisset rex: non sunt inuenti tales d'omnibus ut daniel ananias misahel et azarias. et steterunt in conspectu regis et omne verbum sapientie et intellectus q̄d' sciscitatus est ab eis inuenit eos decuplo super cunctos arcolos et magos qui erant i omni regno eius: fuit autem